

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 10.

Inhalt: I. Päpstliche Encyclica betreffend das Rosenkranzgebet, und II. Diesbezügliche Anordnung des Ordinariates. — III. Decretum s. Congr. de Officiis Votivis. — IV. Concurs-Verlautbarung. — V. Chronik der Diözese.

1883.

I.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII. EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

UNIVERSOS CATHOLICI ORBIS

GRATIAM ET COMMUNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Supremi Apostolatus officio quo fungimur et longe difficili horum temporum conditione quotidie magis admonemur ac propemodum impellimur, ut quo graviores incidunt Ecclesiae calamitates, eo impensius eius tutelae incolumitatisque consulamus. Quapropter, dum quantum in Nobis est, modis omnibus Ecclesiae iura tueri, et quae vel impendent vel circumstant pericula antevertere et propulsare conamur, assidue damus operam caelestibus auxiliis implorandis, quibus effici unice potest, ut labores curaeque Nostrae optatum sint exitum habiturae. — Hanc ad rem nihil validius potiusque iudicamus, quam religione et pietate demereri magnam Dei Parentem MARIAM Virginem, quae pacis nostrae apud Deum sequestrata et caelestium administra gratiarum, in celsissimo potestatis est gloriaeque fastigio in caelis collocata, ut hominibus ad sempiternam illam civitatem

per tot labores et pericula contententibus patrocinii sui subsidium impertiat. — Itaque proximis iam anniversariis solemnibus, quibus plurima et maxima in populum christianum per Marialis *Rosarii* preces collata beneficia recoluntur, preces hasce ipsas singulari studio toto orbe catholico adhiberi Magnae Virgini hoc anno volumus, quo, Ipsa conciliatrice, divinum Eius Filium nostris placatum et mitigatum malis feliciter experiamur. Has igitur litteras ad Vos, Venerabiles Fratres, dandas censuimus, ut cognitis consiliis Nostris, populorum pietas ad ea religiose perficienda vestra auctoritate studioque excitetur.

Praecipuum semper ac solemne catholicis hominibus fuit in trepidis rebus dubiisque temporibus ad Mariam confugere et in materna Eius bonitate conquiescere. Quo quidem ostenditur certissima non modo spes, sed plane fiducia, quam

Ecclesia catholica semper habuit in Genetrice Dei iure repositam. Revera primaevae labis expers Virgo, adlecta Dei Mater, et hoc ipso servandi hominum generis consors facta, tanta apud Filium gratia et potestate valet, ut maiorem nec humana nec angelica natura assecuta unquam sit, aut assequi possit. Cumque suave Ipsi ac iucundum apprime sit, singulos suam flagitantes opem iuvare ac solari; dubitandum non est, quin Ecclesiae universae votis adnuere multo libentius velit ac propemodum gestiat.

Haec autem tam magna et plena spei in augustam caelorum Reginam pietas luculentius emicuit, cum errorum vis late serpentium, vel exundans morum corruptio, vel potentium adversariorum impetus militantem Dei Ecclesiam in discrimen adducere visa sunt. — Veteris et recentioris aevi historiae, ac sanctiores Ecclesiae fasti publicas privatasque ad Deiparam obsecrationes et vota commemorant, ac vicissim praebita per Ipsam auxilia partamque divinitus tranquillitatem et pacem. Hinc insignes illi tituli, quibus Eam catholicae gentes christianorum Auxiliatricem, Opiferam, Solatricem, bellorum Potentem, Victricem, Paciferam consalutarunt. Quos inter praecipue commemorandus, solemnissimus ille ex Rosario ductus, quo insignia Ipsius in universum christianum nomen beneficia ad perpetuitatem consecrata sunt. — Nemo vestrum ignorat, Venerabiles Fratres, quantum laboris et luctus, saeculo duodecimo exeunte, sanctae Dei Ecclesiae intulerint Albigenses haeretici, qui recentiorum Manichaeorum secta progeniti, australem Galliae plagam atque alias latini orbis regiones perniciosius erroribus repleverant; armorumque terrorem circumferentes, late dominari per clades et ruinas moliebantur. Contra huiusmodi teterrimos hostes virum sanctissimum, ut nostis, excitavit misericors Deus, inclitum scilicet Dominicanum Ordinis parentem et conditorem. Is integritate doctrinae, virtutum exemplis, muneris apostolici perfunctione magnus, pugnare pro Ecclesia catholica excelso animo aggressus est, non vi, non armis, sed ea maxime precatione confisus,

quam sacri Rosarii nomine ipse primus instituit, et per se, per suos alumnos longe lateque disseminavit. Dei enim instinctu ac numine sentiebat futurum, ut eius precationis ope, tamquam validissimo instrumento bellico, victi hostes profligati-que vesanam impietate audaciam ponere cogerentur. Quod reipsa evenisse compertum est. Etenim ea orandi ratione suscepta riteque celebrata ex institutione Dominici Patris, pietas, fides, concordia restitui, haeticorum molitiones atque artes dissi-psi coepere: ad haec, plurimi errantes ad sanitatem revocati, et catholicorum armis, quae fuerant ad vim propulsandam sumpta, impiorum compressus furor.

Eiusdem precationis efficacitas et vis mirabiliter etiam perspecta est saeculo decimo sexto, cum ingentes Turcarum copiae Europae prope universae superstitionis et barbariae iugum intentarent. Quo tempore sanctus Pius V Pontifex Maximus, excitatis ad communium rerum tutelam principibus christianis, omni studio in primis egit ut potentissima Mater Dei, per Rosarii preces implorata, nomini christiano volens propitia succurreret. Nobilissimum sane spectaculum per eos dies caelo terraeque exhibitum omnium in se mentes animosque convertit. Hinc enim Christi fideles non procul a Corinthiaco sinu vitam et sanguinem pro religionis patriaeque incolumitate fundere parati, hostem interriti opperiebantur; illinc inermes pio supplicantium agmine, Mariam inclamabant, Mariam ex Rosarii formula iteratis vicibus consalutabant, ut certantibus adesset ad victoriam. Adstitit exorata Domina; nam commisso ad Echinadas insulas navali praelio, christianorum classis, sine magna suorum clade, fuis caesisque hostibus, magnifice vicit. Quare idem sanctissimus Pontifex in accepti beneficii memoriam, anniversarium tanti certaminis diem honori Mariae Victricis festum haberi voluit: quem Gregorius XIII titulo Rosarii consecravit.

Simili modo, superiore saeculo, semel ad Temesariam in Pannonia, semel ad Coreyram insulam nobilis est de Turcarum copiis victoria reportata: idque sacris Magnae Virgini diebus, precibusque pio Rosarii ritu ante persolutis. Quae

res Clementem XI Decessorem Nostrum adduxit ut grati animi ergo, solemnem Deiparae a Rosario honorem quotannis habendum tota Ecclesia decreverit.

Igitur cum sacra haec precandi formula tantopere Virgini grata esse dignoscatur, eaque ad Ecclesiae populique christiani defensionem et ad divina beneficia publice privatimque impetranda apprime conferat; mirum non est, eximiis eam praeconiis alios quoque Decessores Nostros efferre atque angere studuisse. Sic Urbanus IV *quotidie per Rosarium christiano populo bona provenire* testatus est. Sixtus IV hunc orandi ritum *ad honorem Dei et Virginis, et ad imminetia mundi pericula propulsanda opportunum*; Leo X *adversus haesiarchas et gliscentes haereses institutum*, et Iulius III *romanae Ecclesiae decorem dixerunt*. Itemque de eo sanctus Pius V, *hoc, inquit, orandi modo evulgato, coepisse fideles iis meditationibus accensos, iis precibus inflammatos, in alios viros repente mutari, haeresum tenebras remitti, et lucem catholicae fidei aperiri*. Demum Gregorius XIII *Rosarium a beato Dominico ad iram Dei placandam et Beatae Virginis intercessionem implorandam fuisse institutum*.

Hac Nos cogitatione, exemplisque Decessorum Nostrorum permoti, opportunum omnino censemus solemnes hoc tempore supplicationes ob eam causam institui, ut invocata per Rosarii preces Virgine augusta, parem necessitatibus opem a Iesu Christo eius Filio impetremus. — Perspiciatis, Venerabiles Fratres, Ecclesiae labores dimicationesque diuturnas et graves. Christianam pietatem, publicam morum honestatem, fidemque ipsam, quae summum est bonum virtutumque ceterarum principium, maioribus quotidie periculis videmus oppositam. Item difficilem conditionem variosque angores Nostros non modo cognoscitis, sed facit caritas vestra ut quadam Nobiscum societate et communione sentiatis. Miserrimum autem est, ac longe luctuosissimum, tot animas Iesu Christi sanguine redemptas, quodam aberrantis saeculi veluti

correptas turbine, praecipites in peius agi atque in interitum ruere sempiternum. Igitur divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus ad publica sananda vulnera Marialis Rosarii usum invexit. Ille vero caelesti pervidit lumine, aetatis suae malis remedium nullum praesentius futurum, quam si homines ad Christum, qui *via veritas et vita* est, salutis per Eum nobis partae crebra commentatione redissent; et Virginem illam, cui datum est *cunctas haereses interimere*, deprecatricem apud Deum adhibuissent. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostrae mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interiecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Iesu Christi. Nos igitur haud absimili malo idem quarentes remedium, non dubitamus, quin eadem haec a beatissimo viro tanto cum orbis catholici emolumento inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad levandas nostrorum quoque temporum calamitates.

Quamobrem non modo universos christianos enixe hortamur, ut vel publice vel privatim in sua quisque domo et familia pium hoc Rosarii officium peragere studeant et non intermissa consuetudine usurpent, sed etiam INTEGRVM ANNI LABENTIS OCTOBREM MENSEM caelesti Reginae a Rosario sacrum dicatumque esse volumus. — Decernimus itaque et mandamus, ut in orbe catholico universo hoc item anno solemnia Deiparae a Rosario peculiari religione et cultus splendore celebrentur; utque a prima die proximi octobris ad secundam subsequentis novembris, in omnibus ubique curialibus templis, et si Ordinarii locorum utile atque opportunum iudicaverint, in aliis etiam templis sacrariisve honori Deiparae dedicatis, quinque saltem Rosarii decades, adiectis Litaniis Lauretanis religiose recitentur: optamus autem ut ad has preces conveniente populo, eodem tempore vel sacrum ad altare fiat, vel Sacramento augusto ad adorandum proposito, sacrosancta de-

inceps hostia pius supplicantium coetus rite lustretur. — Magnopere probamus, sodalitates a Rosario Virginis solemnibus pompis vicatim per urbes, accepta a maioribus consuetudine, publicae religionis causa procedere. Quibus autem in locis id iniuria temporum forte non licet, quidquid publicae religioni ex hac parte detractum est, frequentiore redimatur ad sacras aedes accursu; et diligentiore virtutum christianarum exercitatione fervor pietatis eluceat.

Eorum autem gratia, qui quae supra iussimus facturi sunt, libet caelestes Ecclesiae thesauros recludere, in quibus ipsi incitamenta simul et praemia pietatis inveniant. Omnibus igitur qui intra designatum temporis spatium, Rosarii cum Litanis publicae recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus obtinendam concedimus. Quo beneficio frui pariter posse volumus, quos supplicationibus publicis supra dictis legitima causa prohibeat, hac tamen lege ut eidem sacrae exercitationi privatim operam dederint, itemque Deo ad mentem Nostram supplicaverint. — Eos vero qui supra dicto tempore decies saltem, vel publice in sacris templis, vel iustas ob causas privatis in domibus eadem peregerint et, expiatis rite animis, sacra de altari libaverint, piaculo omni et statis admissorum poenis ad pontificalis indulgentiae modum exsolvimus. — Plenissimam hanc admissorum suorum veniam omnibus etiam elargimur, qui vel in ipsis beatae Mariae Virginis a Rosario solemnibus, vel quolibet ex octo consequentibus diebus, ablutis pariter salutari confessione animis, ad Christi mensam accesserint, et in aliqua aede sacra pro Ecclesiae necessitatibus ad mentem Nostram Deo et Deiparae rite supplicaverint.

Agite vero, Venerabiles Fratres; quantum Vobis curae est et Mariae honos et societatis humanae salus, tantum studete populorum in Magnam Virginem alere pietatem, augere fiduciam. Divino quidem munere factum putamus, ut, vel turbulentissimis hisce Ecclesiae temporibus, in maxima christiani populi parte stet ac vigeat antiqua in augustam Virginem religio et pietas. Nunc vero exhortationibus his Nostris excitatae, vestrisque vocibus incensae christianae gentes vehementiore in dies animi ardore sese in Mariae tutelam fidemque recipiant; et adamare magis ac magis insistant Marialis Rosarii consuetudinem, quam maiores nostri non modo uti praesens in malis auxilium, sed etiam nobilis instar tesseræ christianae pietatis habere consueverunt. Obsecrationes concordēs ac supplices libens excipiet humani generis Patrona caelestis, illudque facile impetrabit, ut boni virtutis laude crescant; ut devii sese ad salutem colligant ac respiscant; ut vindex scelerum Deus ad clementiam ac misericordiam conversus rem christianam remque publicam, a motis periculis, optatae tranquillitati restituat.

Hac spe erecti, Deum ipsum, per Eam in qua totius boni posuit plenitudinem, summis animi Nostri votis enixe obsecramus, ut maxima quaeque Vobis, Venerabiles Fratres, caelestium bonorum munera largiatur: in quorum auspiciū et pignus, Vobis ipsis et Clero vestro et populis cuiusque vestrum curae conceditis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Septembris, A. MDCCCLXXXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

LEO PP. XIII.

Johann Chrylostomus,

durch Gottes und des apostolischen Stuhles Gnade Fürstbischof von Laibach, allen Gläubigen der Laibacher Diözese Heil und Segen vom Herrn!

Geliebte in Christo!

Der heilige Vater hat mit der Encyclica vom 1. September d. J., um durch die Anrufung der seligsten Jungfrau mittelst des Rosenkranzgebetes in den gegenwärtigen Bedrängnissen der katholischen Kirche Hilfe von ihrem göttlichen Sohne Jesus Christus zu erlangen, nicht nur angeordnet, daß auf der ganzen katholischen Welt in diesem Jahre das Rosenkranzfest mit besonderer Feierlichkeit begangen, und durch den ganzen kommenden Monat October, welchen er der Himmelkönigin vom Rosenkranze geweiht und gewidmet hat, feierliche Bittandachten durch die Abbetung von wenigstens fünf Absätzen des Rosenkranzes sammt der Lauretanischen Litanei in allen Seelsorgskirchen täglich abgehalten werden, sondern auch zur Aneiferung und Belohnung der frommen Väter die himmlischen Gnadenschätze der Kirche in freigebigster Weise erschlossen.

Der h. Vater gewährt nämlich denjenigen, welche entweder am kommenden Rosenkranzfest selbst, oder an einem der darauf folgenden acht

Tage, nach würdiger Beicht und Communion in irgend einer Kirche zu Gott und der Gottesgebäuerin andächtig gebetet haben werden, einen vollkommenen Ablass. Er verleiht auch Allen, welche während des kommenden Monates October der öffentlichen Abbetung des Rosenkranzes sammt der Litanei beizuhören, und auf Seine Meinung beten werden, jedes Mal einen Ablass von 7 Jahren und 7 Quadragenen. Diese Gunst sollen aber auch diejenigen genießen, welche ein rechtmäßiger Grund von den genannten öffentlichen Andachten abhält, jedoch unter der Bedingung, daß sie derselben heiligen Übung privatim obliegen und gleichfalls zu Gott auf Seine Meinung beten. Diejenigen aber welche im Monate October wenigstens zehnmal entweder öffentlich in der Kirche oder aus rechtmäßigen Gründen zu Hause die genannte Andacht verrichtet, sowie gebeichtet und communicirt haben werden, gewinnen einen vollkommenen Ablass.

Das erwähnte päpstliche Schreiben lautet folgendermaßen:

Rundschreiben unseres heiligsten Herrn Pao XIII.,

durch die göttliche Vorsehung Papst, an die mit dem apostolischen Stuhle Gnade und Gemeinschaft habenden Patriarchen, Primaten, Erzbischöfe und Bischöfe des ganzen katholischen Erdkreises.

Ehrwürdige Brüder,
Heil und apostolischen Segen!

Durch das apostolische Amt, welches Wir bekleiden, und die überaus schwierige gegenwärtige Zeitlage werden Wir täglich mehr ermahnt und fast gedrängt, je schwerere Heimsuchungen die Kirche treffen, desto wirksamer auf ihren Schuß und ihre

Unversehrtheit bedacht zu sein. Während Wir demnach, so viel an Uns ist, auf jegliche Art die Rechte der Kirche zu schützen und die bevorstehenden oder vorhandenen Gefahren abzuwenden und zu bannen Uns bestreben, sind Wir beständig be-

strebt, die himmlische Hilfe anzusehen, durch welche allein für Unsere Mühen und Sorgen der erwünschte Erfolg erwirkt werden kann. Zu diesem Zwecke halten Wir nichts für förderlicher und mächtiger, als die fromme Verehrung der großen Gottesmutter und Jungfrau Maria, die als Mittlerin unseres Friedens bei Gott und Auspenderin der himmlischen Gnaden auf den erhabensten Thron der Macht und Herrlichkeit im Himmel gesetzt ist, damit sie den durch so viele Mühsale und Gefahren zu jener ewigen Heimat pilgernden Menschen ihren Schutz und Beistand gewähre. Daher wollen Wir, daß am bevorstehenden jährlichen Rosenkranzfest, durch welches an so viele und große durch das Rosenkranzgebet dem christlichen Volke erwiesene Wohlthaten erinnert wird, eben dieses Gebet heuer mit besonderem Eifer der großen Jungfrau dargebracht werde, damit wir durch ihre Vermittlung in unserer Bedrängnis die Gnade und Milde ihres göttlichen Sohnes glücklich erlangen. So haben Wir denn erachtet, ehrwürdige Brüder, dieses Schreiben an Euch zu richten, damit nach Kundmachung Unserer Absichten die Frömmigkeit der Völker durch Euer Ansehen und Eueren Eifer erweckt werde, dieselben gewissenhaft auszuführen.

Es war stets Gewohnheit der Katholiken, in banger Lage und zweifelhaften Zeitläuften zu Maria ihre Zuflucht zu nehmen und auf ihre mütterliche Güte zu vertrauen. Dadurch wird nicht nur die sicherste Hoffnung, sondern das unbedingte Vertrauen erwiesen, welches die katholische Kirche stets mit Recht in die Gottesmutter gesetzt hat. In der That genießt die unbesiegt empfangene, zur Mutter Gottes erwählte und eben dadurch Miterlöserin der Menschen gewordene Jungfrau solche Gnade und Macht bei ihrem Sohne, daß weder die menschliche noch die englische Natur je eine größere erlangt hat, noch erlangen kann. Und da ihr überaus süß und angenehm ist, den einzelnen ihre Hilfe Ansehenden Hilfe und Trost zu spenden, so ist nicht zu zweifeln, daß sie um so lieber die Gebete der gesammten Kirche erhören will, ja gleichsam mit heißem Wunsche danach verlangt.

Indeß diese große und hoffnungsreiche Verehrung der erhabenen Himmelskönigin leuchtete dann um so glänzender, wenn die Macht sich weit verbreitender Irthümer oder das überhandnehmende Sittenverderbnis oder die Angriffe mächtiger Gegner die streitende Kirche Gottes in Gefahr zu bringen schienen. Die Geschichte der alten und neuen Zeit und beglaubigte Annalen der Kirche gedenken der öffentlichen und privaten Anrufungen der Gottesgebärerin und ebenso der durch sie gewährten Hilfe und von Gott erlangten Ruhe und Friedens. Daher jene erhabenen Titel, mit welchen sie die katholischen Völker: Helferin der Christen, Beisteherin, Trösterin, Kriegsmächtige, Siegerin, Friedenspenderin nannten. Unter diesen ragt am meisten der dem Rosenkranze entnommene Titel hervor, durch welchen ihre ausgezeichneten, der ganzen Christenheit erwiesenen Wohlthaten verewigt worden sind. Keinem von Euch, ehrwürdige Brüder, ist es unbekannt, welche Mühsal und Trauer gegen Ende des zwölften Jahrhunderts die albigenischen Häretiker über die Kirche Gottes gebracht haben, welche, aus der Secte der Neumanichäer hervorgegangen, Südfrankreich und andere romanische Gegenden mit verderblichen Irthümern erfüllt hatten und durch den Schrecken der Waffen eine weite Herrschaft auf Blutvergießen und Zerstörung begründeten wollten. Gegen diese entsetzlichen Feinde erweckte der barmherzige Gott, wie ihr wißt, einen hochheiligen Mann, nämlich den ruhmreichen Vater und Stifter des Dominikaner-Ordens. Dieser, groß durch Unverfälschtheit der Lehre, Tugendbeispiel und Bewahrung des apostolischen Amtes, unternahm es großherzig, für die katholische Kirche zu kämpfen, nicht mit Gewalt, nicht mit Waffen, sondern hauptsächlich auf jenes Gebet vertrauend, das er unter dem Namen des Rosenkranzes zuerst eingeführt und theils selbst, theils durch seine Ordensöhne weit und breit bekannt gemacht hat. Den auf göttlichen Antrieb erkannte er, daß mittelst dieses Gebetes, als der mächtigsten Kriegswaffe, die Feinde besiegt und geschlagen, von ihrer gottlosen und wahnsinnigen Berwegenheit abzulassen gezwungen

werden würden. Daß dies wirklich so geschehen, ist ausgemacht. Denn in Folge der Einführung und gemäß der Einsetzung des Vaters Dominicus ordnungsmäßiger Uebung dieser Gebetsweise wurden allmählig Frömmigkeit, Glaube und Eintracht wiederhergestellt, die Anschläge und Ränke der Häretiker vereitelt; zudem wurden sehr viele Irrende zur Einsicht gebracht und durch die zur Unterdrückung der Gewalt ergriffenen Waffen der Katholiken die Wuth der Gottlosen gedämpft.

Die Wirksamkeit und Kraft dieser Gebetsformel trat auch wunderbar hervor im sechzehnten Jahrhundert, als die ungeheuren Schaaren der Türken fast ganz Europa mit dem Joche des Aberglaubens und der Barbarei bedrohten. Zu dieser Zeit war der heilige Papst Pius V., nachdem er die christlichen Fürsten zum Schutze der gemeinsamen Interessen angeregt hatte, vor Allem mit allem Eifer bedacht, daß die mächtigste Gottesmutter, durch das Rosenkranzgebet angerufen, der Christenheit gnädig zu Hilfe komme. Das gewiß hochedle Schauspiel, welches in jenen Tagen dem Himmel und der Erde geboten wurde, hat alle Geister und Herzen angezogen. Denn auf der einen Seiten harrten die Christen nicht weit vom korinthischen Meerbusen, bereit, für Religion und Vaterland, Blut und Leben hinzugeben, unerschrocken der Feinde; andererseits riefen die frommen Schaaren der Unbewaffneten Maria an, begrüßten wiederholt Maria mit dem Rosenkranze, auf das sie den Kämpfenden den Sieg verleihe. Die also angerufene Königin hat geholfen, den in der Seeschlacht bei Lepanto erfocht die christliche Flotte, ohne großen eigenen Verlust, einen herrlichen Sieg über die Feinde. Daher verordnete derselbe hochheilige Papst zum Andenken an die empfangene Wohlthat die jährliche Festfeier dieser Schlacht zu Ehren Mariens, der Siegreichen; Gregor XIII. gab diesem Feste den Namen Rosenkranzfest. Desgleichen wurde im vorigen Jahrhunderte einmal bei Temesvar in Ungarn, einmal bei der Insel Corfu ein bedeutender Sieg über die Truppen der Türken erfochten, und zwar an Marienfesten und nach frommer Ver-

richtung des Rosenkranzgebetes. Das bewog Unseren Vorgänger Clemens XI. zum Danke die jährliche Feier des Rosenkranzfestes für die ganze Kirche anzuordnen.

Da also diese heilige Gebetsformel als der seligsten Jungfrau so sehr angenehm erkannt wird und sie zur Vertheidigung der Kirche und des christlichen Volkes und zur Erlangung allgemeiner und besonderer Wohlthaten vorzüglich beiträgt, so darf es nicht Wunder nehmen, wenn auch andere Unserer Vorgänger sich bestrebt haben, sie mit Lobsprüchen zu erheben und zu mehren. So bezeugte Urban IV., daß durch den Rosenkranz täglich dem christlichen Volke Gutes zufließe. Sixtus IV. nannte diese Gebetsweise geeignet, Gott und die Jungfrau zu ehren und die der Welt drohenden Gefahren abzuwenden; Leo X. nennt sie eingeführt gegen die Häresiarchen und die schlechenden Häresien, und Julius III. eine Zierde der römischen Kirche. So sagt auch darüber der heil. Pius V.: Durch die Verbreitung dieser Gebetsweise seien die Gläubigen, durch jene Betrachtungen entzündet, durch jene Gebete entflammt, plötzlich in andere Menschen umgewandelt worden, die Finsternisse der Keereien ließen nach und das Licht des katholischen Glaubens erschien. Endlich erklärt Gregor XIII., der Rosenkranz sei vom heiligen Dominicus zur Versöhnung des Zornes Gottes und zur Erflehung der Fürbitte der seligsten Jungfrau eingesetzt worden.

Durch diesen Gedanken und die Beispiele Unserer Vorfahren bewogen, halten Wir es durchaus für angemessen, daß jetzt feierliche Bittandachten angestellt werden, damit wir durch Anrufung der hehren Jungfrau mittelst des Rosenkranzes in unsern Nöthen dieselbe Hilfe von ihrem Sohne Jesus Christus erlangen. Ihr kennt, ehrwürdige Brüder, die langwierigen und schweren Mühsale und Kämpfe der Kirche. Wir sehen die christliche Frömmigkeit,

die öffentliche Sittlichkeit, den Glauben selbst, das höchste aller Güter und die Grundlage aller anderen Tugenden, täglich größeren Gefahren ausgesetzt. Desgleichen kennt Ihr nicht nur Unsere schwierige Lage und Unsere verschiedenen Kümmernisse, sondern Euere Liebe bewirkt, daß Ihr sie gewissermaßen mitfühlt. Das Kläglichste und Traurigste aber ist, daß so viele durch Jesu Christi Blut erlöste Seelen, wie vom Taumel des abirrenden Jahrhunderts ergriffen, jäh zum Bösen getrieben werden und ins ewige Verderben stürzen. Daher ist heute die Nothwendigkeit der göttlichen Hilfe kaum minder groß, als da der große Dominicus zur Heilung der allgemeinen Wunden den Gebrauch des marianischen Rosenkranzes einführte. Jener aber erkannte durch göttliche Erleuchtung, daß es gegen die Uebel seiner Zeit kein sichereres Heilmittel geben werde, als wenn die Menschen zu Christum, der der Weg, die Wahrheit und das Leben ist, durch häufige Erwägung des durch ihn uns zu Theil gewordenen Heiles zurückkehrten und jene Jungfrau, der es gegeben ist, alle Häresien zu vernichten, als Fürsprecherin bei Gott verwendeten. Daher richtete er den heiligen Rosenkranz so ein, daß sowohl die Geheimnisse unseres Heiles der Ordnung nach durchgegangen werden, als auch diesen Betrachtungen aus dem englischen Gruß ein mystischer Kranz eingeflochten und dazwischen das Gebet zu Gott, dem Vater unseres Herrn Jesus Christus, gefügt wird. Indem Wir demnach für ein ähnliches Uebel dasselbe Heilmittel suchen, zweifeln Wir nicht, daß dieselbe von jenem hochseligen Manne zu so großem Nutzen des katholischen Erdkreises eingeführte Gebetsweise auch sehr viel beitragen wird zur Linderung der Bedrängnisse unserer Zeit.

Daher ermahnen Wir nicht nur inständig alle Christen, entweder öffentlich oder zu Hause und in der Familie das Rosenkranzgebet unablässig zu verrichten, sondern wollen auch, daß der ganze Monat October des laufenden Jahres der Himmelskönigin vom Rosenkranze geweiht und gewidmet werde. Wir beschließen also und befehlen,

daß auf der ganzen katholischen Welt in diesem Jahre das Rosenkranzfest mit besonderer Feierlichkeit begangen werde und daß vom 1. October bis zum 2. November in allen Seelsorgskirchen und, wenn es die Ordinarien für nützlich und angemessen erachten, auch in anderen, der Gottesgebäuerin geweihten Kirchen und Heiligthümern, wenigstens fünf Absätze des Rosenkranzes sammt der lauretanischen Vitanei andächtig gebetet werden; Wir wünschen aber, daß, wenn das Volk zu dieser Andacht zusammenkommt, sei es während der heiligen Messe, sei es bei Aussetzung des heiligsten Sacramentes, die fromme Versammlung der Beter mit der hochheiligen Hostie gesegnet werde. Wir billigen es sehr, wenn die Rosenkranzbruderschaften, nach von den Vorfahren überlieferter Gewohnheit, zum öffentlichen Bekenntniß ihrer Religion feierliche Umzüge durch die Straßen der Städte halten. Wo aber dies in Folge der Ungunst der Zeiten etwa nicht geschehen kann, so möge das, was der öffentlichen Andachtsübung diesbezüglich entzogen worden, durch häufigeren Besuch der Gotteshäuser ersetzt werden und der Eifer in der Frömmigkeit durch fleißigere Uebung der christlichen Tugenden hervorleuchten.

Zu Gunsten Derer aber, die Unsere obigen Anordnungen ausführen werden, sollen die himmlischen Schätze der Kirche erschlossen werden, in welchen sie ebensowohl eine Aneiferung als Belohnung ihrer Frömmigkeit finden mögen. Wir verleihen also Allen, die innerhalb des bezeichneten Zeitraumes der öffentlichen Abbetung des Rosenkranzes sammt der Vitanei bewohnen und auf Unsere Meinung beten, jedes Mal einen Ablass von sieben Jahren und sieben Quadranten. Wir wollen, daß diese Gunst auch Diejenigen genießen, welche ein rechtmäßiger Grund von den genannten öffentlichen Andachten zurückhält, jedoch unter der Bedingung, daß sie derselben heiligen Uebung privatim obliegen und gleichfalls zu Gott auf Unsere Meinung beten. Diejenigen aber, welche in der obgenannten Zeit wenigstens zehn Mal, entweder öffentlich in den Kirchen oder aus rechtmäßigen Gründen zu Hause, dasselbe

verrichtet, sowie gebeichtet und communicirt haben werden, sprechen Wir von aller Sühne und Strafe nach Art eines päpstlichen Ablasses frei. Diesen vollkommenen Nachlaß ihrer Sündenstrafen gewähren Wir auch Denjenigen, welche entweder am Rosenkranzeste selbst oder an einem der darauffolgenden acht Tage nach Beicht und Communion in irgend einer Kirche für die Bedürfnisse der Kirche zu Gott und der Gottesgebärerin ordnungsmäßig gebetet haben werden.

Wohlan denn, ehrwürdige Brüder, so sehr Euch Mariens Ehre und des Menschengeschlechtes Heil am Herzen liegt, so sehr bemüht Euch, die Andacht der Völker zur großen Jungfrau zu nähren, ihr Vertrauen zu mehren. Wir halten es allerdings für eine göttliche Wirkung, daß selbst in diesen so stürmischen Zeiten der Kirche im größten Theile der christlichen Völker die alte Verehrung der hehren Jungfrau besteht und blüht. Nun aber sollen, durch Unsere Mahnungen erweckt und durch Euerer Stimmen entzündet, die christlichen Völker mit täglich wachsendem Seeleneifer in Mariens Schutz sich begeben und mehr und mehr die Uebung des marianischen Rosenkranzes zu lieben fortfahren,

